Teresiam Truskolaska Consortem suam quam ipsum Generosum
Andream Ludovicum Kaszynski maritum suum mori contigerit
extunc idem Maritus bona supra scripta generaliter omnia
1402 morte praedictae Consortis suae derelinquenda, cum omni Iure Do
minio et proprietate, tenebit habebit et possidebit, illisque qui:
ete et pacifice ad extrema duntaxat Vitae suae tempora Uti
fruetur, post mortem vero et de hac luce decessum eiusdem
Mariti sui extunc bona supra scripta morte eiusdem Con
sortis suae derelinquenda ad Successores suos sine quovis
impedimento et Contradictione Successorum Mariti sui tota:
liter et plenarie devolventur. His suis praesentibus persona
libus recognitionibus ad praemissa omnia et singula
mediantibus.

Popiel Kolodrub Consorti suae Reformat.

1243 Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Theo:
dor Popiel Kolodrub sanus mente et corpore existens a Terris
Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis
et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitanea:
li Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet
se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subiciendo palam, libere, publice,
ac per expressum recognovit Quia ipse Nobili Annae Hosko:
wska Nobilis Stephani Hoskowski cum Nobili olim Anna Bła
zewska Consorte ipsius procreatae filiae sui vero Recognoscen
tis Consorti legitimae ~~...~~ summam
Quingentorum Florenorum Polonicalium ex amore Coniugali
nec non et aliam similem summam
Quingentorum

Quingentorum Florenorum Polonicalium, ratione certi, Veri, iusti et liquidi dotalitij in et Super tota et integra medietate bonorum Suorum generaliter omnium, haereditariorum obligatoriorum mobilium et immobilium Summarumq́ quarumuis pecuniariarum, nec non auri, argenti, Clenodiorum, Vnionum Margaretharum, Vestium Vestimentorum, Stanni Aeris Cupri, orichalci, pecorum pecudum, Equorum Equiread, ac totius Suppellectilis domesticae, nunc habitae et in post habendae, dedit dotauit dotalitiauit, inscripsit et reformauit prout dat, dotat, dotalitiat, inscribit et reformat praesentibus pro ipsam Nobilem Annam Horzowska Sui Recognoscentis Consortem legitimam ~~[illegible]~~, eandem medietatem bonorum Suorum generaliter omnium, cum Vniuersis Vtilitatibus et Vsufructibus, competentiaq́ et praerogatiua quauis tenendi, habendi et possidendi, illisq́ quiete et pacifice Vtifruendi, ac ad Vsus Suos Suorumq́ Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi, Vigore et more aliarum Reformationum Hactenus editarum in Regno Poloniae obseruari solitarum. 1903

Sabbatho in Vigilia Festi Assumptionis in caelum Gloriosissimae Virginis Mariae Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo. 13/VIII

Baraniecka Popielowi Lastowczakowi Cedit. 1243

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Katharina